Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

scite et multiplicamini
et replete aquas maris,
auesq; multiplicentur super
terram. Et factum est uespe et
mane dies quintus. Dixit
q; deus. Producat terra animam
uiuentem in genere suo: iu
menta et reptilia et bestias
terre secundum species suas. Factumq;
est ita. Et fecit deus bestias
terre iuxta species suas: et iumenta
et omne reptile terre in genere
suo. Et uidit deus quod esset bo
num et ait. Faciamus
hominem ad imaginem et
similitudinem nostram: et
prosit piscibus maris et uo
latilibus celi et bestiis uni
uerse terre; omnique reptili quod
mouetur in terra. Et creauit
deus hominem ad imaginem et
similitudinem suam: ad ima
ginem dei creauit illum, ma
sculum et feminam creauit eos,
benedixeq; illis deus et ait.
Crescite et multiplicamini
et replete terram et subiicite eam:
et dominamini piscibus maris
et uolatilibus celi, et uni
uersis animantibus quæ mouentur
super terram. Dixitq; deus.
Ecce dedi uobis omnem herbam
afferentem semen super terram:
et universa ligna que habent
in semetipsis semen iuxta genus
suum, ut sint uobis in escam et
cunctis animantibus terre, omnique
uolucri celi et universis quæ
mouentur in terra, et in quibus
est anima uiuens ut habeant
ad uescendum. Et factum est
ita. Vidit q; deus cuncta quæ
fecerat: et erant ualde bona.
Et factum est uespe et mane
dies sextus. Igitur perfecti
sunt celi et terra et omnis
ornatus eorum: complevitq;
deus die sexto opus suum quod
fecerat, et requiauit die septimo
ab universo opere quod patrarat.
Finita lectione officiatus dicat
Oremus, diacon. Flectamus genua, et post
paululum, Leuate, deinde
officians dicat oronem.
Deus qui mirabiliter
hominem creasti et mira
bilius reddisti, da nobis qs